



## DE USU LIENIS.

*Historia Lienis.*

### CAP. I.



Vod Græcis σπλιε est,  
δη̄ τὸ σπιών λίαν, ut video place-  
re istis: id Latinis (quamvis iij eti-  
am Græco utantur) Lien est, &  
antiquè Lienis.

Et quemadmodum apud Plinium & a-  
lios non raro invenire est Jecinora, vel Joci-  
nora, de uno tamen & solo jecore: ita etiam  
σπλιες inveniuntur. Neq; quidquam im-  
pedit, quod 2. Epid. 2. de Lyciâ, 4. Epid. 10. de  
quibusdam in constitutione Boreali, 4. Epid.  
87. de fœminâ in Bulagoræ villâ, 6. Epid. 6. de  
homine defatigato laboribus & itinere, & a-  
libi fortè, dextrum & sinistrum lienibus tri-  
buitur. Pertinet enim id ad dextras & sini-  
stras lienis partes, quarum modò has, modò  
illas fuisse inflammatas tumidâsve, Hipp. scri-  
bit. Cæterum, τὸ σπλιες ferè signat lienem,  
in tumorem præter naturam elatum, velut  
etiam linea illa, vulgo ωλια dicta.

Situs est in abdomine seu imo ventre, è re-  
gione hepatis. Quamobrem 3. part. 4. dici-

A tur